Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

Dedicationes Graeco exemplari anno MDCXIX in typographia Academiae Cantabrigiensis publicis typis edito praefixae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

Τοῖς ἐκλαμπροτάτοις τε ϗ σοφωτάτοις, ϗ πάνυ πολυμαθεστάτοις ἀνδράσι, τοῖς τῆς θεοπνεύστου θεολογίας ἐπωνυμίαν ἀξίως κληρονομήσασι, ϗ νομικοῖς διδασκάλοις, ϗ ἐμπειροτάτοις ἰατροῖς, φιλοσοφίας τε ϗ Ἑλληνικῆς γλώττης· ϗ πάσης ἐπιστήμης ἐρασταῖς. Φιλέλλησί τε ϗ τελεσμεγίστοις ϗ ὑπερυψουμένοις ἑρμαῖς, πεφιλημένοις πατράσι τε καὶ ἀρωγοῖς μοι, ἔργῳ τε ϗ λόγῳ. τῷ σοφωτάτῳ κυρίῳ καὶ ἐπιστάτῃ τῆς ὑψηλοτάτης τε ϗ ὑπερβοήτου Ἀκαδημίας τῆς Κανταβριγίας, ϗ τοῦ πάνυ εὐπρεπεστάτου φροντιστηρίου τοῦ Γαΐου ϗ Γονυβέλλου, Γοσλίνῳ καὶ πᾶσι τοῖς σοφωτάτοις τε ϗ πολυμαθεστάτοις, καὶ βασιλικωτάτοις διδασκάλοις, ϗ ἐπιστάταις τῶν πανευφήμων φροντιστηρίων, τῶν ἐν ἀμφοτέραις φωσφόροις τε καὶ ἀστραπομόρφοις μεγάλαις Ἀκαδημίαις ἐν τῇ μεγάλῃ Βρετανίᾳ, ϗ σοφωτάτοις φύλαξι, ϗ ἑτέροις τοῖς ἐν ἀξιώμασι τυγχάνουσιν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς προλεχθείσαις Ἀκαδημίαις, εὐφημεῖν. Καὶ ἀντιβολῶ καὶ αἰτῶ τοῦτο, τοὺς τοῖς ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ παρ' ἐμοῦ λεγομένοις συνηγορεῖν, καὶ ταῖς ἐνδείαις ϗ συμφοραῖς μου ἐπαμύνειν. Βιβλίον τεκμήριον ψυχῆς ἀείμνηστον καὶ τριαπόθητον, ταῖς πανενδοξοτάταις δυσὶν μεγάλαις Ἀκαδημίαις ἐν τῇ μεγάλῃ Βρετανίᾳ, εὐχαριστίας μνημεῖον ἀφιεροῖ Χριστόφορος Ἄγγελος Ἕλλην, ὃς πολλῶν πληγῶν καὶ μαστίγων ἐγευσάμην ἀδίκως παρὰ τῶν Τουρκῶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν.

Dedicationes Græco exemplari anno MDCXIX in typographia Academiæ Cantabrigienſis publicis typis edito præfixæ.

VIris multo celeberrimis, ſapientisſimis, omnigenæque eruditionis laude cumulatiſſimis, ſacroſanctæ Theologiæ digniſſimis doctoribus, legum Profeſſoribus, experientiſſimis Medicis, Philoſophiæ, linguæ Græcæ, & in vniverſum omnis ſcientiæ amatoribus, Græcorum ſtudioſiſſimis & triſmegiſtis ſupereminentiſſimisque hermis, PATRIBUS ac ore opereque patronis & euergetis meis dilectiſſimis: ſapientiſſimo domino, ac ſupremæ famigeratiſſimæque Cantabrigienſis Academiæ, nec non florentiſſimi Gaji & Gonibelli Collegii RECTORI & inſpectori GOSLINO. Ut & reliquis omnibus ſapientiſſimis & polymathiæ fama præclariſſimis Regiis Profeſſoribus, & inſpectoribus celebratiſſimorum Collegiorum in utriſque ſplendidiſſimis illuſtrisſimisque magnæ Britanniæ magnis Academiis, & ſapientisſimis curatoribus, cæteriſque in dignitate apud utraſque prædictas Univerſitates conſtitutis, SALUTEM. A quibus majorem in modum oro contendoque, ut ea, quæ à me in hoc libello proferuntur, patrocinio ſuo defendere, neceſſitati verò & calamitati meæ ſuccurrere non dedignentur. Libellum hunc, publicum perpetuumque teſtimonium deditisſimi flagrantisſimique affectus, utriſque multò celebratisſimis magnis magnæ Britanniæ Academiis in gratitudinis monumentum conſecro Chriſtophorus Angelus, qui propter fidem in Chriſtum plurimas plagas & flagella à Turcis immeritò perpeſſus ſum.

ΤΩ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ ΤΕ ΚΑΙ ΕΜΒΑΘΥΝΟΤΑΤΩ, ΚΑΙ ὡς πεπαιδευμένῳ ἀνδρὶ, τῷ τοῦ θεοπνεύστου μάννα ἐπωνυμίαν ἀξίως κληρονομήσαντι. φιλοσοφίας τε καὶ Ἑλληνικῆς φωνῆς, καὶ πάσης ἐπιστήμης ἐραστῇ, καὶ τρισμεγίστῳ ὑπερυψουμένῳ ἑρμῇ, καὶ ἀρίστῳ ἐπιστάτῃ τοῦ πολυθρυλλήτου τε καὶ ὡραιοτάτου φροντιστηρίου τῆς παναγίας Τριάδος, καὶ φιλέλληνι, καὶ πεφιλημένῳ πατρί τε καὶ ἀρωγῷ μοι ἔργῳ τε καὶ λόγῳ, κυρίῳ διδασκάλῳ Ῥιχαρδσόνῳ, σὺν πᾶσι τοῖς αἰδεσιμωτάτοις διδασκάλοις τε καὶ ἀδελφοῖς, τοῖς τὴν ἐπωνυμίαν τῆς ἁγιωτάτης θεολογίας ἀξίως κληρονομήσασι, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τῶν προλεχθέντων, μετόχοις κατὰ πάντα τῆς ἀρετῆς, καὶ ἀρωγοῖς τῆς τυπώσεως τοῦ βιβλίου τούτου, καὶ τοῖς λοιποῖς διδασκάλοις τοῖς καταξίοις ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι εὐπράττειν.

Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἔκπαλαι προσανατάξασθαι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων διαγωγῆς, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως, κατὰ τὸν τότε συμβάντα χρόνον, καὶ ἕκαστος τὸ κατὰ δύναμιν ἔγραψε, διὰ δὲ τὸ κομψὸν, καὶ πολυχρόνιον τῆς διηγήσεως ἐκείνων, οὐ πᾶσι φαίνεται ὁ λόγος ἐκείνων, τούτου ἕνεκα, ὦ ἱεραὶ κεφαλαὶ, ᾠήθην σαφηνῆσαι φαεινοτέρως τὰς κατὰ σήμερον ἀκμαζόντων Ἑλλήνων πράξεις· τὸ μὲν, ἵνα τὴν ὑπόσχεσιν πληρώσω, ἣν πρὸ πολλοῦ πολλάκις ὑπεσχόμην, πολλοῖς τῶν πανευδαιμονεστάτων τε καὶ μακαριωτάτων ὑμῶν ἀδελφῶν· τὸ δὲ, ἵνα φαεινοτέρως τὰ μερικὰ τοῦ νῦν χρόνου τῶν Ἑλλήνων παραστήσαιμι, ἐνδοξοτάτοις τε καὶ σοφωτάτοις φίλοις ἡμῶν ἕνεκα, περὶ ὧν δέομαι ὑμῶν οὖν ἔτι, καὶ ἱκετεύω, τοὺς τοῖς ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ὑπὲρ ἐμοῦ λεγομένοις συνηγορεῖν, καὶ ταῖς ἐνδείαις καὶ συμφοραῖς μου ἐπαμύνειν. Ἐγχειρίδιον τεκμήριον ψυχῆς ἀειμνήστου, καὶ τρισπόθητον εὐχαριστίας μνημεῖον,

τῇ παναγίᾳ Τριάδι ἀφιεροῖ

Χριστόφορος Ἄγγελος Ἕλλην.

ΠΕΡΙ

CElebcrrimo profundisſimæ ſapientiæ & eruditionis viro, divinitus inſpiratæ theologiæ doctori dignisſimo, philoſophiæ, linguæ Græcæ & omnis ſcientiæ amatori, triſmegiſto & ſupereminentisſimo hermæ, benemerentisſimo Rectori & inſpectori celebratisſimi & ſplendidisſimi Collegii ad Sacroſanctam Trinitatem, Græcorum amantisſimo, patri & verbis factisque opitulatori meo dilectisſimo, domino Profeſſori Richardſono, & reliquis omnibus reverendisſimis Profeſſoribus & fratribus, ſacroſanctæ Theologiæ doctoribus dignisſimis, uti & cæterarum jam recenſitarum ſcientiarum, omnium virtutum ornamentis maximè conſpicuis, editionis libelli hujus promotoribus, nec non & reliquis Profeſſoribus pro cujusque dignitate ad Sanctam Trinitatem, rem bene gerere.

QUandoquidem quamplurimi jam olim ſtatum Græcorum ordine recenſere ſunt aggresſi, illo hac, alio alia ratione, quolibet pro ſua virili, ſcriptionem inſtituente, prout illorum temporum requiſivit conſtitutio; relatio autem eorum, & propter affectatam dictionis elegantiam, & præterlapſi temporis diuturnitatem, non omnium oculis & intelligentiæ eſt expoſita: conſtitui & ego quoque, viri Reverendi, clarius paulò pauloque luculentius hodiernorum Græcorum vitam actionesque proponere, tùm ut promiſſum pluribus fratrum veſtrorum felicisſimis beatisſimisque ſæpiculè factum implerem, tùm ut vobis, viris præclarisſimis ſapientisſimisque, amicis noſtris, omnia quæ hoc tempore ſingillatim apud Græcos geruntur, magis dilucidè ante oculos ponerem. A quibus, quantum poſſum, contendo, ut patrocinium ſuum ſcripto huic non denegent, & necesſitatibus calamitatibusque meis ſuccurrant. Enchiridium in ſempiternum affectus ſignum, deſideratisſimumque gratitudinis monumentum

Sacroſanctæ Trinitati conſecrat
CHRISTOPHORUS ANGELUS GRÆCUS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN